

*i Qui non habet in aere, luat in corpore.* Adde statutum nostrum Palauic. in crim. rub. 6. Menoch. de arb. iud. lib. 1. q. 80. nu. 704. Drogh. *Qui non habet in aere.* Et erit tunc pena arbitraria iudici. vide Farina. d. q. 26. n. 17. de qua Pegu. dec. 5. late tractat. Ross. *K Bene verum est.* Farin. d. q. 26. n. 1. in fi. Ross. *1 Quendam Antonium Rauarium.* Et de isto Antonio Rauario supra q. 95. in fin. vbi similiter propter commutationem pena reprehensu est Praetor. Drogh. *m Et nota.* Quid in officiali in syndicato condemnato. Farin. d. q. 26. nu. 16. Ross. *n Plurimum tamē officiales.* Adde Marfil. aub. de fide. n. 178. Drogh. *o Sed quaro.* Farin. d. q. 26. nu. 23. Ross. *Sed quaro.* Adde, q. 15 contrarij tunc definitum fuit per sac. cons. Neapol. vt attestatur Frac. in decif. 358. nu. 4. ne condemnatus in carceribus marcescat, & quod dicta Regula procedat in pena pecuniaria parti applicanda, dummodo ex delicto descendat, & etiam in pena damnorum, & iniuriae si ue ciuilitate, siue crimina liter agatur, late Ludo. à Peguer. decif. 6. per tot. Sed non potest commutari in corporalem, nisi actore consentiente, in cuius manu est expectare debitorem suum, si ad pinguiorem fortunā deuenit, lib. nu. 11. *16* Item tunc adde, q. pena fideiussionis praestatur de praesentando inquisitum vel carceratum, conprehenditur sub Regula praedicta, sed fideiussor admitti debet ad cessionem bonorum, vt per Frā. dec. 507. vo. 3. Sed forsā melius esset pro bono publico, quod pena possit commutari in corporalem. V. demus enim quotidie, quod multi, qui habentur pro diuitibus scientes non esse soluendo, vel quia eorum bona sunt aere alieno grauata, aut fideicommissis, vel dotium restitutioni obnoxia, aut ex alia causa, non curat decipere fisco

spond. quod hoc casu seruanda est regula, quod, qui non habet in aere, luat in corpore. l. ff. de in ius vocan. Et ita solet communiter dici, vt ait Bero. in capit. cognoscentes, num. 42. de constitut. Et poterit index, qui videt reum non esse soluendo, commutare penam pecuniariam in corporalem. Et ita quotidie obseruatur. *k Bene verum est,* quod haec commutatio in hoc ducatu non fit nisi per senatum. Et ideo fuit grauiter reprehensus quidam praetor, qui fecit fustigari inconsulto senatu quendam Antonium Rauarium, qui non habebat modum soluendi penam pecuniariam, in quam fuerat pro blasphemia condemnatus, 29. Aug. 1559. P. N. *3* Et scias, quod licet aliqui dixerint, quod haec regula locum non habet, nisi in eo, qui deliquit in fraudem Legis, sciens se non posse soluere penam pecuniariam: communiter tamen Doctores tenent distincte locum habeat, siue deliquerit ea cogitatione, siue non, vt attestatur Salyc. in l. fi. post num. 4. C. de sepulcr. violat. *m Et nota,* quod haec conclusio de rigore iuris seruanda esset etiam contra officiales, qui condemnantur in syndicato, vt scilicet si non possunt soluere penam pecuniariam, & in qua fuissent condemnati, punirentur pena corporali: nihilominus de consuetudine hoc non seruatur contra ipsos: sed solummodo tenentur in carceribus, donec soluerint, ut dicit Bal. in cap. 1. §. indices, nu. 2. de pace iuram. firm. vbi etiam Apostil. attestatur, quod ita obseruat practica, & illam refert Paris Tur. de syndic. fol. 300. num. 12. Amed. de synd. num. 160. & Apostil. ad Bar. in l. si index, in verbo. Si index, ff. de varijs, & extraord. cogn. & Iac. de Santo Georg. in l. si filius fam. num. 5. ff. de iudic. & in l. mancipia. nu. 9. C. de seru. fug. *o* Vt plurimum tamen officiales tam in principio officij, quam tempore syndicati praestant

idones fideiussores, qui deinde compelluntur ad solendas condemnationes contra eos secutas. Et sic ista quaestio raro contingit in practica. *4* Sed quaro, quid si pars, cui in totum, vel pro parte venit applicanda pena pecuniaria, nolit consentire, q. iste condemnatus, qui reuera non est soluendo, possit luere in corpore? Respond. quod hoc casu non debet index aliquid decernere, sed permittere, quod condemnatus stet in carceribus, & haec est communis opinio, vt dicit Boer. decif. 349. post numer. 8. col. 3. vers. secundo si is. *5* Sed pone, quod iste, qui est condemnatus ex delicto in penam pecuniariam, offerat cedere bonis: nunquid erit audiendus? Respond. quod non, sed opus est, quod luat in corpore. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Alber. in 2. parte statutorum, quaest. 196. Item quaro, an in penis. Hanc etiam dicit esse communem opin. Cappolla consil. crim. 9. versic. & ex praedictis apparet, quod refert Didac. lib. 2. resolut. cap. 1. nu. 8. Dec. in l. si quis id quod, num. 22. ff. de iurisdict. omn. iudic. q. licet secus sit in debitore ex contractu, vt dixi infra lib. 7. §. obligatio. Regulariter enim in obligationibus descendentibus ex maleficio non potest quis vti beneficio cessiones bonorum. Et ita tenens communiter Doctores, vt attestatur Alb. in rub. C. qui bo. ced. poss. post nu. 14. ver. ultimo quaro. *6* Quaro, quid si iste reus in soluendo pena in vno numero contumaciter deficiat, nunquid adhuc opus erit, vt luat in corpore? Respond. q. sic. itatenet Bal. in d. l. fi. in vltimis verbis, C. de sepulcr. viol. & est communis opin. vt dicit Gomes. in §. penales, nu. 38. Instit. de actio. subdens quod licet haec opi. sit dura, tamen quia est communis non est ab ea in iudicando recedendum: & illum refert Boer. in d. decif. 349. post numer. 8. versic. quoniam si talis, & Viuius in lib. communium opi. in q. 7. Cedere volens. Quaro etiam, quid si reus sit soluendo, malis tamen subire penam corporalem, quam pecuniariam, nunquid erit audiendus? Respon. quod non, sed cogendus est soluere penam pecuniariam. Et est communis opin. vt dicit Dec. in d. l. si quis id quod, nu. 22. & sequenti. *3* Haec autem omnia locum habent in condemnatione pecuniaria per sententiam diffinitiuam prolata

fideiubendo pro reis carceratis de repraesentando vel de tuto carcere, ut au fugere possint; quod nunque non nocent, si aliqua pena corp. in defectu pecuniariae subijceretur, & ideo arbitror, q. Principes, si speciali decreto prouiderent, bene facerent, vt uidelicet quod fideiussores huiusmodi, qui tempore fideiussionis non erant soluendo, mitterentur in exilium, vel ad turremes, iuxta qualitatem personarum, donec soluerent penam promissam, uel reum in fortijs Curiae consignarent, nam dicta fraus est causa fugae, & quod delicta remaneant impunita, vt saepe habuit in factu. Baiar. p. Offerat cedere bonis. Farin. d. q. 26. n. 4. & 70. Ross. *q. Licet secus sit.* Farin. q. 25. & 70. Ross. *1* Quaro quid si iste reus. Farin. d. q. 26. nu. 9. & 10. Ross. *1* Resp. quod non. Sup. q. 81. vers. Solet etiam ad fin. Drogh. *17* Adde, quod tunc imo ista regula non procedit in multa, vt per Afflic. super feud. in tit. quaer. sit regalia. §. multatum n. 11. & quaer. requirantur, ut quis multari possit, per Rolan. in consil. 39. nu. 33. uol. 4. & consil. 47. nu. 45. uol. 2. Sed Rolan. in hoc, quod debet citari personaliter, & quod bannum non possit, nisi sit in uera contumacia, impugnat per D. Clar. sup. q. 31. Vericulo dictum est, & in hac materia multa. Vide D. Nattam in consil. *18* Item tunc adde, quod multa ob paupertatem remissa non potest exigi, si ille ad pinguiorem fortunam peruenierit. Boer. in decif. 349. nu. 4. *21* Item tunc adde, quod multa per iudicem remitti non potest, quando est applicata, siue adiudicata parti, vt per Boer. in d. decif. 349. num. 3. *22* Item tunc adde, quod multa geminata, siue multiplicata omnes non possunt exigi, sed vna tantum. Iafred. decif. 214. Baiar. u. Sed si esset multa. Far. tit. de pen. vol. 1. q. 18. n. 56. & d. q. 26. nu. 20. vide Boff. tit. de multa. nu. 14. Ross. *x* Quae non sit minor quarta parte. Sup. q. 85. versic. fin. ad fin. vbi habetur de tali compositione, & hic nota modum componendi, tu qui libenter componit aliter quam poemata, vt dixi ad q. 85. de compositione, quae non sit minor 4. p. totius multae, quae & qualis sit multa, & de modo multandi supra. quaest. 44. ver. vnum tamen, q. 31. vers. Item quaro, & quomodo distinguatur inter penam, & multam. gloss. ad conuetud. Aurel. tit. de pen. cap. 19. vbi habetur, quod pena est pro delicto nominato; stricte autem multa est pena extraordinaria, vt ibi ego autem dico, quod hodie multa dicitur ab emungendo, quia latrunculos emungendo mulcent sanguinem, sup. ad quaest. 86. vers. secundo infertur ad fin. vide Menochiu de arbit. iud. lib. 1. q. 74. num. 7. cum seqq. & quod multa ob paupertatem remitti solet, dixit Marant. in suo Spec. p. 6. sub tit. & demum fertur sententia sub num. 32. fol. 398. Boff. tit. de multis, num. 14. Drogh. *23* y Solet etiam quandoque. Adde, tunc quod hoc procedit quoad penam legalem, non autem quoad conuentionalem, & ideo fiscus absque mandato ad totam penam etiam parti pro parte applicatam agit; sed in pena conuentionali non agit absque mandato partis ad totam, sed tantummodo ad suam partem, vt plene tradit Berous in consilio 199. num. 3. & consilio 206. numero 40. volum. 3. & si pars, vel fiscus partem suam nolue-

sed

rit, non propterea iuri accrescendi locus erit, in Vulpellus in tract. de promiss. de non offend. q. 105. *24* Item adde, quod si res est applicata fisco, de qua alter habere deberet partem, & recipit dimissionem, fiscus debet diuidere & dare electionem delatori, vel simili. Bart. in d. §. Senatus, & Socin. in cap. qualiter, & quando, nu. 1216. de accusat. & nedom fiscus potest rem communem diuidere, sed etiam alienare inuito socio, licet habeat minimam partem rei, vt notat Fel. in cap. quaer. in Ecclesiarum, col. 19. de constitut. vbi etiam dicit, quod esse, vt Princeps prius requirat consortem, quam alium extraneum, & procedit speciale etiam per alium contractum, puta locationis & pignoris, licet sit posterior creditor in re, quia poterit alienare pignus, & ex pretio anterioribus creditoribus satisfacere, & residuum retinere, Bald. in consilio 171. volum. 1. Decian. consil. 235. col. 4. & Boff. in tit. de fisco, & privileg. eius nu. 39. & hoc privilegium etiam habet locum, si rem communem haberet cum Ecclesia, Ioan. de Plat. & Rhinus Enghiber. l. 1. C. de vend. rer. fiscal. lib. 1. c. Idemq. procedit in re obligata fisco, & alteri priuato, vt etiam fiscus ea vendere possit. Bald. in d. l. 1. & Salic. in l. multum, C. com. rerum alien. & haec procedunt, quamuis res sit diuisa, gloss. in dicta l. 1. & Ioan. Plat. & hoc quando est vtilis fisco, quod tota res vendatur, vt per Ba. in d. l. 1. Immutatur tamen istud privilegium, si fiscus habet tantummodo vsum fructum, secundum Baldum in d. l. multum, & etiam non procedit, si fiscus primo non interpellat socium. Ripa in l. reui electione, §. labeo, ff. de leg. 1. & Iaf. in l. fin. num. 1. C. de iur. emphyt. & fiscus non potest alienare habita fide de pretio, sed solum soluto pretio, si procurator §. fin. ff. de iure fisci: & nisi cum subhastatione legitime facta, l. 1. C. de fide instrum. & late Boff. in dicto titulo de Fisco, & privileg. eius, num. 37. & 38. *25* Item, tunc adde, quod quando deliquit ille, cui debet applicari pena, vel quod delinquenti consentit, pena debet applicari iniuriam patiens, secundum Afflic. super feud. in tit. quaer. sint regalia, §. penarum, nu. 6. *26* Item tunc adde, quomodo sit facienda condemnatio, quando pena pro parte applicanda fisco, & pro parte accusatori. Bart. in l. Senatus, §. Senatus, ff. de iure fisci. *27* Item tunc adde, q. ille, qui tenetur soluere, soluit partem suam priuato, id est iniuriato, liberatur, & hoc fiscus impedire non possit. Ita Bart. in l. iuncta gloss. C. de vend. rer. fiscal. l. 10. que sequitur ibi Franc. de Plat. & Iacob. Rebuff. Item adde, si pars, quae applicatur parti offensa, praescribitur pars, quae applicatur fisco similiter praescripta censetur, est text. in l. fin. ad fin. C. de ijs, qui a non Dominis manus. Baiard.

QVÆST. XCVI.  
De executione sententiarum corporalium.

S V M M A R I A.  
Ex Claro.

- 1 Sententia capitalis statim executioni mittenda sit contra condemnatum, an autem expectandi sint decem dies ad appellandum.
- 2 Et quid si reus sit crimen confessus.

*3* Bannitus, & condemnatus in contumaciam, si veniat in fortiam officialis, an statim sit contra eum facienda executio condemnationis. *4* Et an eo casu debeat index prius inquirere de veritate criminis. *5* Et quid si bannitus velit contra bannum aliquam exceptionem proponere. *6* Et an possit index exequi sententiam contra bannitum, qui per vim ductus fuerit in eius territorium. *7* Index secularis, ad quem remittitur delinquens condemnatus a iudice ecclesiastico, an debeat statim exequi, vel super ipso crimine de nouo cognoscere. *Et*

- 8 Et quid e conuerso.
- 9 Index territorij an possit exequi sententiam criminalem lata per iudicem alterius territorij.
- 10 Mortuo condemnato ante executionem, quid facere debet iudex.
- 11 Condemnatus ad mortem an possit testari.  
Ex Additionibus.
- \*1 Sententia e executio quo casu differatur.
- 1 Sententia capitales an exequantur ante lapsum decem dierum.
- 2 Banniti in Regno Neapol. non habentur pro mortuis, nisi siue rini forudicati.
- 3 Bannitus punitur pena banni, non obstante, quod in sententia sit erratum in nomine appellatio.
- Error in nomine appellatio an noceat, ibid.  
Et quid de errore cognouimus, ibidem.
- 4 Bannitus in statu Ecclesiastico captus infra annum, vel post, facta recognitione ducitur ad supplicium, non obstantibus quibuscuq. appellationibus, & nullitatum appositionibus.
- 5 Quid autem executionem impediatur.
- 6 Bannito est donda dilatio ad dicendum qui quid, &c. & causam, quare bannum non debeat exequi.

- 7 Et quid in Regno Neap.
- 8 Et quid si terminus non fuerit petitus.
- 9 Et quid in statu Ecclesiastico.
- 10 Condemnatus in contumaciam in panam mortis pro crimine, pro quo talis pena non debet imponi, non debet pena mortis puniri, sed tantum debita.
- 11 Bannitus ob contumaciam, non tamen ex statuto habitus pro confesso, poterit, quando cuq. capiatur, suam innocentiam probare.
- 12 Bannitus an possit admitti elapso termino ad probandum qualitates facti delicti, ex quibus appareat, illum sibi licuisse.
- 13 Confessio ficta inducitur a statuto operatur circa ea, quae sunt facti, non iuris.
- 14 Index laicus, cui fuit remissa causa ab Ecclesiastico, an teneatur stare sententia illius, vel debeat cognoscere de nouo.
- 15 Et quid in causis haereticis.
- 16 Bannitus ab vno loco status Ecclesiastici intelligitur bannitus ab omnibus Terris Romanae Ecclesiae.
- 17 Bannitus captus biennio post, non potest opponere nullitate, & instare, vel processus exhibeatur ad ostendendum de nullitate.
- 18 Executio an sit facienda ex sola productione sententiae.

ADDITIONES, Ad Quaest. XCVI.

QUEST. XCVI.

**A**D interpretandam appellationem. ] vide hanc materia apud Farin eod. tit. de inquisit. vol. 1. q. 11. Ros. b Sed certe quidquid sit de iure. ] Far. q. 110. c. 1. nu. 4. Ros. si Mittuntur executio ni. ] Sententia enim in causa criminali lata incontinenti est exequenda, l. cu reis. C. de penis, & 2. qu. 1. cap. sicut fallit tamen, \*1 si princeps ex iracundia tulisset sententiam: quo casu per triginta dies expectari debet, & differri executio, l. si vendicari, C. de penis, c. cum apud, 13. q. 3. & ibid. glof. Item ubi sententia esset lata contra mulierem praegnantem: quo casu executio differatur, donec pepererit, l. Imperator. ff. de stat. hom. & l. praegnantis, ff. de penis. Item differatur executio propter insignem aliquod artificium, vel excellens robur delinquentis, tex. in l. ad bestias, ib. sed si eius roboris, vel artificij, &c. ff. de pen. que text. dicit singul. In son in lege prima, vers. cul. item propter. ff. de legibus. Cuiot. d Caraita super ritu. ) Aduerte, quod ibi Caraitit dicit, quod talis consuetudo seruatur ubi est, & ubi non est, seruatur ius commune, quod seruatur in Regno. Baiard. e De quo etiam aliter li



**N**UNC de Executione Sententiarum corporalium, videamus: & in primis quaro, nunquid lata sententia capitalis contra aliquem, debet statim eius executio fieri, an autem sit differenda, donec lapsi sint decem dies, quod est tempus ad iure communi concessum ad interponendam appellationem, vt dixi infra libro proximo. Respond. quod est differenda executio donec lapsum sit tempus ad appellandum: ita tenet Bart. in l. qui ultimo, in ff. de penis. Et ita communiter tenetur, vt dicit Paris Put. de syndic. fol. 162. post numerum 11. vers. & licet gl. Hanc etiam dicit esse communem opin. Felin. in cap. quare, num. 3. de offic. deleg. quem refert Didac. practica q. 23. post numer. 4. vers. culo, Sexto post omnino, & Boss. in tit. de appel. num. 4. Cardin. Alexand. in cap. ficus, col. 1. vers. si vero, 2. q. 1. b Sed certe, quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine: nam sententiae capitales immediate mittuntur executioni, non expectatis diebus decem diebus, vt attestatur ipsemet Bart. in loco praalleato, quem refert August. de

malef. in verbo, Et ibi caput, num. 25. & Marian. in repet. e. qualiter, & quando, num. 267. de accusat. & Caraita super ritu 259. magne curiae, nu. 3. & Diaz reg. 110. Abb. in d. c. quarenti, num. 4. Gnl. de Bened. in 2. parte c. Raynuccius, in verb. mortuo itaque 1. nu. 269. Paris Put. in loco praalleg. Foller. in pract. crimin. fol. 350. num. 5. Et in specie in patria Delphi. ita seruari affirmat Guido Papae decif. 74. in fin. 2 Et haec quidem consuetudo maxime locum habet in eo, qui esset confessus delictum, de quo etiam aliter liquebat: nam hoc casu forte non erraret index, qui sententiam capitalem exequeretur intra tempus datum ad appellandum, vt dicit Bld. in l. obseruare, §. proficisci post num. 9. vers. 12. quaritur. ff. de offic. pro consul. ubi etiam subdit, quod ita seruat consuetudo, quem refert Aug. ad Ang. de malefic. in verb. Et ibi caput, n. 26. & Amad. de synd. post nu. 242. vers. Sic. etia, & Paris Put. de synd. fol. 163. nu. 16. Ego vero dicerem, quod in casibus, in quibus index tenetur deferre appellationi in causis criminalibus, semper deberet deferri executio, ubi vero non posse appellari, vel index non tenetur appellationi deferre, credere iudicem non male facere, etiam si non expectato lapsu temporis ad appellandum, sententiam suam exequeretur. Sed in omnibus casibus non puto recedendum a consuetudine pronouicia. 3 Quaro, nunquid si bannitus, & condemnatus in contumaciam venire in fortiam officialis, qui eum condemnauit, debeat

quebat, ] Adde infra q. 98. vers. fin. ubi dixi, supra q. 49. vers. est igitur in principio q. 54. vers. sed quid sit exhibeatur in fin. qu. 55. vers. Potest etia, quibus locis satis videri potest solam confessionem sufficere ad condemnationem, alijs non concurrentibus: non enim sufficiunt maria, & montes, dicit q. 55. vers. quo autem, & vide practica post legitimam confessionem, qua posui supra q. 65. vers. 1. ibi. sed practica est, & scias in hoc proposito, q. omnis confessus non dicitur conuictus, modo quo sup. q. 94. vers. 1. ibi, qui est solummodo confessus, & e conuerso, conuictus non dicitur confessus; infra. hac ead. q. vers. sed nuquid, & q. 64. vers. scias et, & de conuicto conueniendū sup. q. 63. in principio. ibi, si tamen reus. Drog. f Ad appellandum. ] Far. supr. nu. 34. Ros. g Quaro nunquid. ] Far. tit. de inquisit. vol. 1. q. 11. n. 21. & seq. Ros. Quaro nunquid. ] Ad de, quod praedicta non procedunt in Regno Neapol. nam in tra. quae loquuntur de Bannitis, in

intelliguntur de illis, qui extra dictum Regnum banniantur, & in Regno de forudicatis, & non de bannitis in dicto Regno, ubi banniti non habentur pro mortuis, quia non condemnatur, sed tantummodo forudicari, quia ad mortem iure condemnati, per Constitut. penam eorum ita tradit Ioan. Anton. de Nigr. super cap. Regni in cap. 155. incip. siue quis sit bannitus sub rubr. de forudic. 3 Item adde, si in recognitione faciendae de bannito reperiretur erratum fuisse in nomine appellatio, (nam dum dicitur erat in banno, siue sententia, Titius de Bononia, fuit dictum de Parma, & sic errauit in nomine patriae, tamen constabat de corpore, & maleficio per eum commissio) per talem errorem non irritaretur bannum, sed deberet decapitari, & sententia exequi, vt per Angel. in l. his verbis §. si ff. de haered. instit. quem refert, & sequitur Barb. in cap. significante de referip. et Mar. in sing. 144. incip. error in nomine appellatio, & Arnon. epit. 95. Item adde, si Index formauerit inquisitionem contra Petrum Ioannis de Sancto Laurentio, & in illo oppido non erat Petrus Ioannis, sed Petrus Martinus, vel duo Petri Ioannis, & sic fecerit citationes, & bannum dederit, bannum valebit si constabit de corpore. Boss. in tit. nullit. num. 8. 4 Item adde, quod in statu Ecclesiastico statim capto bannito post annum facta recognitione sententia exequi debet sub pena excommunicationis, non obstantibus quibuscuq. appellationibus, & nullitatum dictionibus; & si infra annum captus fuerit similiter est ad executionem deueniendum dummodo legitimis praecedentibus inditijs condemnatus fuerit, ita disponunt Motus, proprii Pij IV. & Pij V. de quibus in Bullario fol. 769. constit. 128. fol. 93. constit. 127. est tamen aduertendum, quod executio legitime fieri debet, id est si non extaret aliquod legitimum impedimentum, quo impediretur executio, ut puta si bannitus haberet saluum conductum, vel gratiam; uel fuisset toleratus, uel adesset decretum gratiosum Principis generale; uel quod factus esset furiosus, aut esset mulier praegnantis, & similia; ut late posui supra quaest. 94. aduert. potest etiam. Baiard. h Bannitum recognoscere bannum. ) Vulpell. uersiculo. 105. & Cartar. de execut. sentent. capitulo secundo, numero primo, & secundo, numer. 16. usq. 28. & capit. fin. numer. 225. Ros. i Bart. in l. Diuus num. 5. ff. de Reorum cust. ) Adde eundem Bart. in l. Demonstratio falsa num. 13. ff. de cond. & demonstr.

faciunt, quae dixi supra q. 64. vers. sic. Veritas est; ubi legitur modus procedendi contra confessum, & conuictum. Drog. K Hanc etiam. ) Cartar. in tract. de execut. sentent. capit. 1. numer. 230. Ros. l Poteri index. ) Cartar. supr. cap. 2. Ros. m Illam obseruari. ) Cart. supr. num. 27. & 32. Ros. n Sed quidquid sit de iure. ) Cartar. sup. numer. 273. Ros. o Supinus esset index. ) Farinac. tit. de inquisit. vol. 1. quaest. 1. numer. 3. in fin. Ros. p Et ideo absque ulla, & c. ) Adde, quod Salic. in l. 2. C. de requir. reis dicit, quod imo aequum, & iudicium est dare bannito dilationem ad probandum, & allegandum quicquid vult, cur executio banni fieri non debeat, quem sequitur Natt. conf. 444. numer. 9. vol. 2. & Foller. in pract. crim. in rubr. capitis forudicatis num. 2. dicit, quod facta recognitio forudicari, Iudex debent ei statuere terminum breuiem ad dicendum causam, quare contra eum executio non debeat sententia forudicari, eis; prouidere, de Aduocato, & ratio est secundum eum, quia licet a sententia forudicari non possit appellari, nec possit doceri de innocentia, poterit tamen dici de nullitate sententiae. 8 Ibiq. dicit etiam, quod si poterit practitari, quod non detur talis terminus, nisi petatur, & nisi allegetur tale quid, in quo conueniat termini datio, sed tamen tutius esse, quod detur. Et licet in statu Ecclesiastico banniti post annum a die condemnationis non possint suas facere defensiones, nec de nullitate dicere, & quod Iudices teneantur statim exequi sententias sub pena excommunicationis & indignationis Sanctissimi per motus proprios Pij IV. & V. tamen ego semper practicaui, & practitari feci per Auditores meos criminales, quando banniti capti fuerunt etiam post annum, quod detur breuis terminus ad dicendum, quare sententia contra eos lata non esset exequenda, iuxta formam motum proprium, non ad hoc vt facerent defensiones, & de nullitate dicerent, quae facere non poterant, sed quia multa impedimenta allegare potuissent, quae executionem impediunt, vt dixi in vers. praecedenti, & latius in q. 94. ad vers. potest etiam. 10 Item adde, quod si quis fuerit bannitus, & condemnatus in contumaciam in penam mortis pro crimine, pro quo pena mortis non imponatur, vt puta pro vulnere, & postea fuerit captus, illa sententia non debet exequi, sed debet puniri pena statuta pro illo delicto, quia plus non debet operari ficta confessio, quam vera Corneu. consilio 194. licet in hac colum.